Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Arcus intentio omnipotentis divine. In psalmo. Arcum suum tetendit et paravit eum. Et in ipso paravit vasa mortis sua.

Sagitte precepta divina et apli. In psalmo. Emisit sagittas suas et conturbabit eos.

Gladius vindicta et sermo dni ut apis. Vivus est sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti.

Tuba dei vox dni manifesta. In apo. In iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet.

Curr dei sedes dei et quadriformitas evangeliorum dei. In psalmo. Curr dei decem milib; multiplex milia letantium dnis ei.

Virga dei regni sceptrum et correptio disciplinae. In psalmo. Virga equitatis virga regni tui.

Manus dni mine et vindicte ei.

Baculus dni sustentatio et solationis dei. In psalmo. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Alias baculi nomine sancta crux designatur et disciplina sancte ecclesie.

Cap. II. Celi in sancta scriptura Desuper creaturis designantur aliqui superiora mundi corpora ignota nobis quibus modis distincta sint ut ait beatus augustinus de quibus satis difficile est disputare si non impossibile cui dat deus intelligere ut dedit apostolo rapto usque ad tertium celum. Excepti illis matutinalibus celis. Domini celi sancti apostoli predicatores ubertatis. Per quos celos compluit suum. ut per totum mundum seges ecclesie pullularet et celi sunt omnes anime sancte et iuste in quibus deus habitat in templo fidei et operationis. Iste celum sancta scriptura. de qua nobis et sol sapientie et luna scientie et exantiquis patribus stelle exemplorum atque iurtutum lucent. Quod celum sic pellis extenditur quia prescriptores suos carnis lingua formatum ante oculos nostros per verba doctorum exponendo disputat.

Nubes ypsie siue doctores sancti quia pluunt ubum dni. In esaia. Mandabo nubibus ne pluant.

Thronus dei. angeli et sancti et ipsa potestas regnandi. In psalmo. Thronus tuus deus in seculum seculi.

Tonitrua sunt voces sancti euangelii quod de celo ex dictis dei intonet. In psalmis. Vox tonitrui tui in rota. ubi est in toto orbe.